

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Discrecio m  
cum uariis

Omni conatu debet discretionis bonum uirtute humilitatis acquiri que nos illesos ab utraque potest nimietate seruare. Vetus namque sentencia est, arrogigais ygosgais, id est nimietates equales sunt. Ad unum enim finem nimietas ieunii ac uoracitas peruenit, eodemque dispendio uigiliarum immoderata continuacio monachum quo sompni grauissimi torpor inuoluit. Nam per excessum continencie debilitatum quemque ad illum statum reuocari necesse est in quo negligens quisque per incuriam detinetur.

In collacione abbatis Moysi secunda.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

conatu] cognatu M; uetus] verus L<sup>2</sup>; arrogigais] Apogyga v<sup>2</sup>, Apogyca L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ygosgais] isosgais P V<sup>1</sup>, Isogyga v<sup>2</sup> L<sup>1</sup>, Isogyca L<sup>2</sup>; enim *om.* B; inuoluit] inualuit L<sup>2</sup>